



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In  
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Fouillon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

VII. Quàm excelsa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)

quædam nuntiabatur, indice nasum paulisper confricaret? An eæ voces Christiani saltem cujuspiam tibi videantur, de Providentia divina ad singulos casus cogitare edoceti? Ab Epicteto profectæ sunt, apud Arianum, dissertationum l. 3. cap. 3. Ut ab illo, quamvis Pagano, discere possimus, verissimè dictum à Salomone, *Proverb. cap. 8.* *Non contristabis justum, quidquid ei acciderit.*

VII. *Ista est, quam Seneca libro de Tranquillitate dicebat, Alta Securitas;* non in labiis tantum efflorescens, & ad aures facta; non in genis solum picta, & oculis blandiens: sed in intimis animi sita, in corde nata adulterque, & inde ad faciem promicans, compositæ mentis indicium. Qui eam habet, iste, ex Isaïæ sententia cap. 33. *in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus.* Magnitudine animi, quæ D. Thomæ l. 2. quæst. 66. art. 4. ad 3. & 2. 2. quæst. 129. art. 4. ad 3. *est ornamentum virtutum omnium:* cù ergo animi magnitudine supra omnia mutabilia elatus, & sub

sub pedibus non modò meteororum re-  
gionem, & tempestatum, tonitruumque,  
ac fulminum officinas despiciens, sed cæ-  
los ipsos ac sidera, nihilque habens supra  
se nisi Deum, in vivis eo loco est, quò  
post mortem abisse fingebarur poëticus  
ille opilio, *sub pedib[us]que videns cælos, ac  
sidera Daphnis.* Quare, si fractus illabatur  
orbis, impavidum ferient ruinæ: imò ne  
ferient quidem, cùm excelsitate mentis ad  
divinam voluntatem applicatæ, sese supra  
ruitura, adeoque supra ruinas, extulerit.  
Altiusne evehi possit, ut caducorum la-  
pus non sentiat, quām si in ipsa Dei fa-  
cie, non in sinu tantum, collocetur? Ibi  
positos esse viros probos sacer Vates affir-  
mat, Psalmo 30. *Abscondes eos, ô Deus,*  
*in abscondito faciei tua à conturbatione ho-*  
*minum, à contradictione linguarum.* In  
abscondito faciei divinæ sunt, quām even-  
ta nulla lœdunt, nulla mutant, quia ipse  
sibi Deus sufficiens est, nec rebus indiget,  
neque à locis pendet, nec temporibus ro-  
tatur, idem semper & immotus. Ita qui-  
bus Deus ejusque voluntas sufficit, fa-

250      BONA VOLUNTAS  
ciem cum Stephano Angelicam, imò di-  
vinam induere, nec rerum vicissitudinibus  
servientem, nec mutationibus obnoxiam,  
quia ab immutabili colorem suum trahit,  
statumque.

VIII.      Speciosa, inquis, ista sunt &  
Non tam  
men infre-  
quens. magnificè dicta: at quis in eâ na-  
turæ infirmitate, & rerum affe-  
ctuumque assidua vicissitudine, eò veniat  
quietis, & æquabilitatis? Venerat Re-  
gius Psaltes, cùm de se caneret Psalmo 4.  
*Cum invocarem, exaudivit me Deus justitia  
mea, in tribulatione dilatasti mihi.* Non  
dicit, ut vigilanter advertit Chrysosto-  
mus, tribulationem sustulisti: sed in ipsa  
tribulatione latum, securum, tranquillum  
cor dedisti: cum quidem in modum, ut,  
quod de ipso scripsit Hilarius in Psal. 53.  
*Proditus oret, periclitans psallat, patiens odia  
gratuletur.* Eò venere Apostoli, quos  
jam antè Christus præmonuerat, *Videtene  
turbemini, nolite terreri, oportet enim haec  
fieri:* itaque ibant gaudentes à conspectu  
concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomi-  
ne IESV consumeliam pati.      Venere illuc  
Marty-